

1730²

116

SCHLESOPOLSKI
ELISABETH

D O W I M I

Imperialische Hof- und
Kammer-Rath

A I B I

Abtheilung des
Kriegs- und
Marine-Departement

D I E W I O W I A N T E W

Olo

RESIDUO-ACQUANTO

Abtheilung

Applausus
FESTIVO-VOTIVUS,
Quo
DIEM NOMINALEM,
Auspiciis felicibus VIII. Id. Martii a. c. redeuntem
VIRI
Spectabilis ac Doctissimi
DOMINI
FRIDERICI
SCHROEDERI,

Notarii Camer. Reip. Thorun. bene meriti,
Parentis sui Honoratissimi.

Omniq[ue] amore filiali æternum prosequendi Carmine qualicumq[ue] Onomastico
cum omnigenæ prosperitatis voto condecorare
voluit, debuit

Fridericus Schroeder, *Junior*,
Thorun. Pruss.

FESTA DIES lapsa FRIDERICI volvitur anno,
Riteque pro solito gaudia more refert.
Inde meus fumit plausus quoque Spiritus imo
Ex corde, ac hodie non nisi lætus ovat,
Datque DEO summas, quas debet, pectore laudes,
Ejus & exiguo carmine facta canit.
Rursum enim lucem videas quod NOMINIS almam,
Istud, MI PATER, est gratia sola DEL.
Cumque sciam pietas mea quid jubeatque velitque,
Voto nempe pio concelebrare DIEM,
Sum pariter promptus ceu filius atque paratus

SUPREMUM valida sollicitare prece.
Care DEVS vero, quæ voveo, quæque precabor,
His quoque fac votis pondus inesse meis.
Res nam nulla magis, verbis haut ludo, FRIDRICI
Omne felici me recreare potest.
Euge igitur, vivas! NUMEN tua cœpta secundet,
Duraque, vah! tectis arceat usque tuis.
Exhilaret tristem dulci cum conjuge mentem,
Rectæ quæ Matris scit subiisse vices.
Undique sic lætus tandem precor, Ipse TRINUNUS
Sæpivs hIC festVM hoC Ire redIre sinat.

THORUNI.

Impressit Iohan. Nicolai, NOBIL. SENATUS & GYMNASII Typographus.

1504

Историческое описание города Астрахани

И. Н. О. В. И. Г.

Описание Астрахани

Второе издание
Астрахань
Издательство Астраханского государственного университета
1984

1894